

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Observationes Criticæ In Aliqvot Veteris Foederis Loca

Milow, Johann Nikolaus

Kilonii, [MDCCLXV?]

VD18 11840323

Locus IV. 2. Sam. 8. 13. 14.

urn:nbn:de:gbv:45:1-15744

אלגומים; eadem 1 Reg. 10. nuncupantur אלמוגים. Porro, quæ scribitur vox פ. 18. 13. ויחרגו & egressi sunt, (ab Arabico egredi, exire) ea ipsa 2 Sam. 22. ויחרגו (cingent, sed nullo sensu) pronuntiatur.

Locus IV.

2 Sam. 8. 13. 14.

Et fecit David nomen (ויעש ויור שם) cum revertetur a cædendo Syros (ארם) in valle salis octodecim hominum millia, & imposuit in Edom præsidia, in tota Edomitarum terra præsidia collocavit, & omnes Edomitæ Davidi servis erant: Jehova enim Davidi, quocunque proficiscabatur, aderat.

Quid velit sibi 1) ויעש שם & nomen fecit? Interpretum plerique respondent: Famam sibi peperit. Immo vero hoc Hebraice non sonaret ויעש שם sed ויעש לו שם conf. Gen. 11. 4. Fuerunt itaque alii, qui maluerunt voci שם hic loci non solennem, sed rariorem signi s. monumenti (Jes. 55. 13.) potestatem subjicere; ast ita mihi nexus videtur incommodus: „faciebat David monumentum ET in Idumæa præsidia constituit.“ Sed porro de nexu.

2) quomodo sequentia cohærent: Syros cædit & in Idumæam introducit præsidia? vulgo quidem statuunt Syros tantummodo Edomitarum fuisse socios; sed unde illud probari poterit? historia certe hujusmodi quid non tradit. Ammonitis fuerunt auxilio (2 Sam. 10. 6 seqq.) sed de ope, quam Edomitis tulissent, nihil scio.

3) Quid est illud: *cum reverteretur?* Crederes hic esse sermonem de illo p̄celio, cujus paullo ante *vers. quinto* facta est mentio: nihilominus tamen duo momenta adfunt, quæ huic sententiæ videntur obfatare:

- 1) Primo enim p̄celium *illud* non videtur in valle Salis, sed prope *Euphratem* esse commissum. conf. omnino *vers. 3. sq.*
- 2) Secundo vero ceciderunt in illo non duodecim, sed *vinginti duo* millia. Ita enim legitur *vers. 5 & 6: venerunt autem Syri ex urbe Damascen auxiliatum Hadad-Efero, Regi Zoba; sed David cecidit Syrorum 22000, & in urbem Damascen introduxit p̄sidium. Ita Syria Davidi subiecta erat.*

In loco Parallelo 1 Chron. 19. v. 12. 13. verba nostra ita se habent:

Et ABISAI, ZERUIÆ FILIUS cecidit EDOMITARUM
 (ויעש דוד שם ואכשי בן-צרויה הכה את-אדום) *pro: ריעש דוד שם*
 (כשכו מהכותו את-אדום) *in valle Salis octodecim millia, & imposuit in EDOM p̄sidia, & omnes EDOMITÆ Davidi servi erant: Jehova enim Davidi, quocunque proficisceretur, aderat.*

Maxima ergo hic loci librarii menda illa est, qua in voce אדום pro litera ך literam ך scripsit; sed hujus commutationis sexcenta alia deprehunduntur exempla, e quibus hic quidem sequentia attulisse sufficiat. Nimirum qui Gen. 10. 3. vocatur ריפת per Resch, is 1 Chron. 1. 6. vocatur ריפת per Daleth. Rursus ibidem Gen. 10. 4., qui vocatur דודנים Dodanim, is 1 Chron. 1. 7. dicitur דודנים Rodanim. Item qui Gen. 36. 39. vocatur אדאד Adar, is 1 Chron. 1. 49. dicitur אדאד Adad. Denique, 1 Chron. 18. 3. qui vocatur אדאדעזר Adarezer, is 2 Sam. 8. 3. 5. dicitur אדאדעזר Adadezer.

Locus V.

2 Sam. 8. 18.

Benaja filius Jojadæ ET (ו) Crethæi & Plethæi.
 Et filii David principes aulae (LXXII. αὐλαρχαί) erant.

B

Mihi

